

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Stephan Praetorius

**ROSA || NOBILIS.|| M.STEPHANI PRAETORII.|| Clarissimo viro, Dauidi || Chytraeo
dedicata.|| ... ||**

Rostock: Möllemann, Stephan, 1577

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1671019814>

Druck Freier  Zugang



A L.

A - D

A - E

A - F

A - G

143 p.

A - G

A

A - B

A

A - B

A - B

A - C

63 p. Fuß

~~fm~~

16. a. 8.

~~fm~~

63 p. Fuß

Am-4202⁸-x.

ND '46

1: P 4668

2: P 4675

3: P 4668

Datum Junij Papiris Schulte
Molberg pro Rostock

XI. 18.

CBA

ROSA NOBILIS.

M. STEPHANI PRÆTORII.

Clarissimo viro, Dauidi
Chytræo dedicata.

Psal. 90.
Non abscondi misericordiam tuam,
Veritatem tuam in Ec-
clesia magna.

ROSTOCHII
Stephanus Myliander excudebat.

Anno 1577.

STEPHANO PRÆTORIO
IOHANNES FREDE-
RVS S.

Clare vir eximio facundæ munere lingua,
Care mihi toto pectori, care D E O.
Quam mihi misisti iucundo tempore veris
Accepi claram nobilitate R O S A M:
Quæ Charitum digitis, Heliconiadumq; sororū
Nobilitibus fulget nobilitata modis:
Dulcis ut hæc veniat claras in lumenis auras,
Et commune bonum fiat vbiq; velim:
Lumina quæ pascens, delectans pectora mille,
Mille voluptates, gaudia mille creet.
In primis equidem delector odore Rosarum,
Has inter scribo carmina delicias. (cis
Sic hyeme in media, dum bruma breuissima luz
Tempora habet, veri sunt mihi veris opes.
Et quia iam superest Rosa nulla, sed vndiq; spis
Me delecto tæ dulcis odore Rosa: (na est,
Instar quæ Tyrio fulgentis murice floris,
Flores Aönios nobilis inter erit.

E P I G R A M M A.
Emicat in nitido veluti Rosa nobilis horto
In Rosea præstans sic nitet vrbe Rosa.
Quæ rosa cara Deo, Rosa doctis cara Camcenis
Hæc Rosa, quæ Rosea spargit in vrbe rosas.
Hæc Rosa, Rostochio dedit vrbi dulce rosarum
Nomen et omen; huic vrbs rosa funde rosas.
Hæc Rosa fragrantē quia passim spirat odorem,
Illustrēm toto te facit orbe Rosam.
Hanc Deus ut Pylios florentem seruet in annos,
Qui pius es mecum da pia vota D E O.

STEPHANVS PRÆ-
TORIVS DAVIDI
CHYTRÆO

S. P. D.

Nter omnes virtutum preclaras
actiones, quibus præ ceteris excel-
luerunt Antonini, Romani im-
peratores, nulla extitit maior,
nulla illustrior, meo quidem iudicio, quam
quod amarunt bonas literas, & coluerunt
suos præceptores. Nam tū etiam, cùm ad
Imperatoriam dignitatem essent adsciti, tan-
tum absuit, ut amorem ac studium discendi
deponerent, ut vel tunc maximè domi priua-
tim sedulò operam darent literis, & publicas
Scholas, cum illustri satellitum pompa fre-
quentarent.

Non enim olim turpe erat principibus
viris Scholas ingredi: & sapientia professo-
res, de rebus grauissimis differentes, audire.
C. Julius Cæsar, quantus vir fuit? Et tamen
collegio Poëtarum adscribi, ac, quoties per
rempub. licuit, interesse, gloriosum sibi duxit.
Neq; agrè tulit, etiam si maiestati sua, quoties
in il-

A 2

in illud laureatum collegium laureatus ipse
veniret, ab Accio poëta, veluti doctiore, non
assurgeretur. Quid Cn: Pompeius? an non
confecto Mithridatico bello, intraturus Posi-
donij, sapientiae professione clari, domum,
fores percuti à lictore vetuit, fascesq; impe-
riales reverenter ianuæ submisit?

Deinde tanti fecerunt preceptores suos
Antonini, ut non solum consilijs eorum re-
clissimis in rebus maximis uterentur: repu-
diatis indoctorum sumis: verum etiam, ut
aureas statuas ipsis adhuc viuentibus pone-
rent, easdemque in suis Muscis, inter ceteras
haberent. O beatam Rempub. cui tanta nu-
mina præesse continevit.

Vsus est autem Marcus Antoninus,
quem ob incredibilem literarum amorem, &
incomparabilem eruditionem, Philosophum
appellarunt, preceptoribus: Apollonio, Dio-
gneto, Frontone, Catulo & alijs. De quibus
ipse iucundum in modum scribit, in libris de
vita sua, quod ab eis didicerit, τὸ θεοσέβες:
τὸ καλόνθεν: τὸ ἄμερον, καὶ μελίχιον: τὸ
άργυρον, τὸ συγγωνίκον: τὸ αὐδημον: τὸ
σεινόν ἀπλάσως, καὶ πολυμαθεῖς ἀνεπι-
φάντως:

34

Φάσις : τὸ θυργελκόν τοῦ μεταβολῆς : τὸ
φωδίγχον, τοῦ φιλέληθεν, τοῦ ἀνεπίγνου-
πον : τὸ ἀμελεῖς, σύελπτι, δύθυμον : τοῦ τὸ
ἀδόκιον ἐν ἀλγησόσῃ ὥστε.

Etsi verò ego à tot tantisque virtutibus
longissimè absum : tamen ingenuè fateor,
si quid est in me doctrinæ, pietatis, ac huma-
nitatis quod sane exiguum est, id me omne,
post Dei gratiam, tua, venerande Praecep-
tor, institutioni, exemploq; debere. Quapro-
pter etiam malim si possem tibi, ceterisque
præceptoribus, quos ubi ubi sum, semper in
oculis fero, aureas statuas ponere : vel aureas
rosas, quales in Vngaria aut Portugalia pro-
ueniunt, in argenteo scypho offerre ac conse-
crale. Verùm cùm ea non sit fortunæ no-
stræ amplitudo, nec tu eiusmodi rosas, pro-
eximia sapientia tua, & naturæ bonitate,
magnopere cures : aliam rosam, quam mihi
Musæ nuper ex suis hortis attulerunt, volui
tibi dedicare. Nam cùm tuum de me iudi-
cium publicum extet, quo mihi amantissimè
illa tribuuntur, quæ si arrogarem mihi, im-
pudentissimus essem : volui etiam ego publico
aliquo

A 3

aliquo testimonio animi mei voluntatem,
gratæq; mentis qualemcunq; significationem
erga benevolentiam tuam rursus declarare.
Et sane cuinam rectius rosam dedicare pos-
sem, si nullæ aliæ cause interuenirent, qui in
illi viro, qui quotidie spiranti replet pulchra
Roseta rosa?

Nihil autem aliud ferè in hoc opusculo
speculaui, quam ut per Rosæ plantarum nobis-
simæ, historiam, doctrinam Euangeliū, cu-
ius professionem mihi ipse Filius Dei legitimi-
mo modo iniunxit, aliquantulum, pro inveni
mei modulo, si non potius Spiritus sancti,
quam ingenij munus est, illustrarem: & af-
flictis conscientijs, que sub continuo isto fer-
uore certaminum passim ferè negliguntur,
aliquam consolationem adserrem. Est enim
doctrina Euangeliū, (ut ut eius studium super-
bis, h. e. insanis ac impijs ingenij sordecat)
sapientia summa, longè supra Platonis &
Aristotelis scientiam posita: quam omnes,
qui nolint Turci esse, probè scire, atq; intelli-
gere: & in qua percipienda multum studij
multumq; operæ singuli collocare debent. im-
plorato tamen prius auxilio diuino, sine quo
neq;

neq; hic, neq; alibi quicq; profici posse scimus.
 Ac utinam mihi aliquando liceret, ad pleniorum huius tantæ sapientiae cognitionem in hac vita peruenire: quim me non frustra naturam, imo quim me cœlo proximum putarem;
 quantasq; Filio Dei pro isto summo beneficio gratias agerem? sed & atas, ut spero, & usus multa decebunt.

Oro igitur te, David Chytræ, præceptor carissime, quibus modis possum, ut hosce doctrinæ tue fructus, & initia lucubrationum mearum, eo, quo decet Præceptorem, virumq; sapientem, animo excipere: tuoq; applausu calcar mihi addere, ac benevolentie tue relis, conatus meos longius latiusque prouochere digneris.

Est omnino verum: Mei clamores non sunt alti. Non enim cum cycnis volo per altos nubium tractus. Neq; sum μελιφθογθ ἀνδρῶν: seu ut Theognidis verbis utar: ὁ διώσκουρος φωνῇ λίγυες ἀστεμένωσες ἀνθῷτε: ναρῆς, eruditis, ac iucundis illecebris oblectans, versans, detinens animum lectoris: Sed apis Matinæ more modoque,

A 4

Gratæ

Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum, circa nemus vuidiq;
Tiburis ripas, operosa parvus
Carmina fingo.

Consolatur autem me, quod sciam, eius-
modi balbutientium carmina, longè gratiiora
esse Filio Dei, ceterisq; pīs, quam eloquen-
tissimorum Rhetorum de profanis rebus insti-
tutas, & ad ostentationem compositas, splen-
didissimas orationes. Et quod uiri optimi, prae-
sertim autem præceptores, de studijs discipulo-
rum suorum multò candidius iudicare solant,
quam reliquum morosum vulgus, cui nihil re-
clam, nisi quod ipsum fecerit, videtur. Tali
animo in suos discipulos quondam fuisse An-
tigenidem, nobilem illum cytharædum, ex
Valerio notum est. Is enim discipulo suo ma-
gni profectus, sed quantumvis eruditè & sua-
uiter caneret, insulso tamen populo nunquam
satisfaciens, cunctis audientibus, dixit:
MIHI CANE, ET MVSIS. Egre-
gia verò vox, sapienti viro, & cordato ma-
gistro digna.

Sed oro Filium Dei toto pectore, ut te,
tam salutare Ecclesiæ sua organon, quod om-
nes bo-

ncs bona& mentes, que de doctrinis aliquantulum iudicare possunt, non solum libenter & cum admiratione audiunt, verum etiam revera amant, & toto pectore venerantur, in hac tua imbecillitate, multiplicibus laboribus ac curis, diu nobis incolorem atq; superstitem conseruet. Quod per canoram & eruditam tuam vocem, indies plures discipulos, qui & ipsi quoque tandem, more iuniorum Lusciniarum, acceptam abs te vocem reddere, & Filij Dei laudes, in Scholis & templis cum magno Ecclesiæ fructu decantare incipiunt, efficere possis. Bene vale. E noua Heliopoli. Anno postremi infidi & ingrati seculi.

M. D. LXXVI.

Idibus Maij.

A5

ROSA



ROSA NOBILIS
STEPHANI PRÆTORII.

CAPVT I.



O SAM Greci ῥόδον appellant, & πότης ῥόντος ὄσλωδῆς, ab odoris fluxu: ὅτι τάκμπολυ της ὄσλωδῆς & Κίνησι ῥεῦμα: Quoniam ingentem emittit odoris fluxum: unde etiam citò eam marcessere contigit: Denn was alzu wol riechet/ das weret nicht lang.

Descendunt autem ab hac uoce, denominativa planè rosea, pulchra & grata. 1. ῥοδινός, roseus: Quales Germani eos uocare consueuerunt, quos pre ceteris charos habent. Dicunt enim: Mein rosen freund. 2. ῥοδοβεδής, roseo aspectu, qualis Helena fuisse dicitur. 3. ῥοδωπής, roseis oculis: quales sunt Filij Dei, Gen. 49. 4. ῥοδοπέραζης, roseis genis. epitheton puellarum. 5. ῥοδοθάντυλης, roseis digitis. Autore epitheton, apud Homerum.

Nascitur Rosa, spina uerius, quam frutice, Germinat omnis primò inclusa granato cortice. quo mox intumescente, & in virides alabastros fastigiatu paulatim rubescens dehiscit, ac se pandit in calicis medio sui stantis complexa lutros apices, ut Plinius verbis utar.

SPECIE

SPECIES ROSARVM colore distin-
cte sunt; Alba & Rubra.

Albam, ni fallor, Damascenam quidam uo-
cant. Finguntq; Poëtae, omnes quondam rosas can-
didas fuisse. Verum cum Mars zelotypus Adonidem
interficere vellet, accurrisse per dumeta Venerem ut
ei opem ferret. Inter currendum autem sauciaſe
pedes, atq; ita suo sanguine rosas tinxisse. Fabella
est non inelegans, qua procul dubio significare uolues-
runt, Rosas purpureas omnium uenustissimas esse.
sicut & nos inde pulcherrimi sumus, quod Filius
Dei, opem nobis latus, per dumeta accurrens, pre-
ciosoſu ſanguine nos conſperſit.

Iouianus Pontanus, cuius facellum Neapoli-
uidetur, grauiſſimis hifc ſententijs conſpicuum:

In magnis opibus, ut admodum difficile, ſic
admodum pulcrum eſt, ſeipſum continere.

In utraq; fortuna ipſius fortunæ memor eſto.
Serò pœnitet, quanquam citò pœnitet, qui in re due-

bia decernit.

Integritate fides alitur: fide uero amicicia.

Nec temeritas ſemper felix, nec prudentia ubiq; tutu-.

Hominem eſe ſe haud neminit, qui nunquam iniuria-
rum obliuſcitur.

Fruſtra leges prætereunt, quem non abſoluerit con-
ſcientia.

In omni uita genere priuūm eſt, ſeipſum noſcere.

Ille,

Ille, inquam, doctissimus Iouianus fabellam Diones
seu Veneris paulo aliter recitat, in primo Eridani.
Pectebat Cytherea comas, madidumq; capillum
Siccabat, Charites carnina lecta canunt.
Ad cantum Satyri properant, ad carmina Nymphæ,
Carmina de tacitis sepibus hausta bibunt.
Hinc aliquis petulans ausus prodire, Dionem
Intuitur, docta dum linit ora manu.
Erubuit pudibunda, ruborq; per ora cucurrit,
Occupat & teneras purpura grata genas.
Mox interq; rosas, interq; roseta refugit,
Delicit, & suaves spirat ab ore crocos.
Dum spirat funditq; crocos, dum purpura fulget,
Concipit afflatus Dædala terra Deæ.
Hinc & purpureum flores traxere colorem,
Quæq; prius candor, purpura facta rosa est.

Est pulcrum & elegans carmen, quod studioſi
adolescentes edificant. Dici enim non potest quam
egregia laus sit, & quantum fauorem sibi conciliet,
inſigniores poëtarum versus memoria trnere, &
quando res ita postulat, ſive in corona doctorum, ſive
alibi eosdem ſereno untu & dulci quodam oris ſono
promptè atq; diſtinctè recitare posse.

Rubearum uſus in medicina precipuus eſt.
Nam quæcunq; de roſis in medicina confici ſolent,
de purpureis pleruq; conficiuntur.

PARTES

PARTES ROSARVM multæ sunt à Theophrasto & Plinio enumeratæ, quarum prima est Calix, seu globulus ille, qui cum aperitur, in quinq; partes secatur, quas nos solemus quinos fratres appellare. 2. Flos, est illud medium croceum, capillamentis insidens. 3. Capillamenta uero sunt tenuia illa fila, supra quæ flores, seu lutea granula hærente. Falluntur autem, qui roseæ florem Antheram putant. Quia Anthera, teste Celsso, lib. 6. cap. 11. est quedam compositio, ad oris egritudines salutaris. 4. Folia quartum locum obtinent. Sed hæc duabus partibus constant: Infima, quæ Calyci inseritur, quæq; unguium modo albicat, ovuſ, seu unguis appellatur. Superior pars nomine peculiari caret, nisi quis eam uolet Corculum rosæ uocare. 5. Caput, seu uiridis globulus ab inferiore parte, quem Plinius uiride alabastrum uocat, Das grüne alabaster frugelin. In quo duo insunt, lana nimirum & semen. Has Rosarum partes accurate conſiderabant studioſe mentes, quoties rosam manu tenent.

Etsi autem ridiculum uidetur leuibus ingenijs, studij aliquid impendere rebus tam minutis, ut opinantur, & ab omni ostentatione ac quæſtu semotis: tamen nos sciamus, Cornuto boue eum nihil prestantiorem esse, qui cœcis oculis, cœcaq; mente plantas præterit: non intuens, non considerans, ius

xtra uos

etiam uocem Christi, Matth. 5. neq; perpendens, quo modo à summo opifice creatæ sint, quarumq; rerum icones ac documenta in ipsis nobis proponantur.

Neq; enim dubium est, hoc fuisse Adami flue-
dium ante lapsum: nosq; omnes, si paradiſo exclusi
non eſsemus, natura Physicos Theologos fuisse fu-
ros, ex Violis & Rosis Deum agnoscentes, inuocan-
tes, & celebrantes. Quod quidem Iustus Ionas te-
statur hoc insigni loco: Si, inquit, forsan primum
auditorem, scholasticum simul & Doctorem Theo-
logie requirimus, hunc sciamus magnum parentem
fuisse Adamum, qui ipsum Deum magistrum habuit,
qui ante lapsum perfusus spiritu sancto uerè illumiz-
natus fuit Theologus, quo uiro hic sol nihil affixit
post ipsum Christum prestantius. Si enim Adam non
fuerit lapsus, tunc omnes posteri ex eo orti quos
fuerint Theologi. Tum uidisse totum orbem terra-
rum nihil aliud eſse, quam spacioſam quandam &
frequentissimam scholam Theologicam, in ipso pa-
radiso, quasi in horto quodam, aut porticu philosofica,
mirabili amoenitate paſsim confidentibus, &
obambulantibus tot condiscipulis, quorum συνοχε^ς
λόσοφοι eſſent Angelii, quorum dominus & Ma-
gister eſſet ipſe Deus. Vidisse masculum & ſexu-
nam in ſumma caſtilate & puritate, dulci quadam
& ſincera ſogyn, uera quadam & perfecta ſuuui-
tate uitæ & morum, de Deo, de operibus Dei diffe-
rere,

rere, et confabulari. Vidisses homines expertes cala-
mitatum, aerumnarum, tristitia, ignaros funerum &
Sepulchri, liberos à tot terroribus Diaboli, ab omni
tristitia, metu, pauore & miseria, in perpetuo gau-
dio spiritus sancti, admirabundos quotidie de operis
bus Dei iucundissimum in modum colloqui. Non
fuerint tenebre haec, tot molestiae cogitationes & curae
humanarum mentium, quae nunc sunt. Sed omnia
plena luce, vita, hilaritate, leticia ineffabili. Et
cuiuscemodi cœlestia poëmata accantica de Deo & os-
peribus Dei, cuiuscemodi vix summis Patriarchis,
Daudi & similibus canere postra datum est, tum
himuli infantes, & Habel parvulus, in cunis, inter
ipsa crepundia ecceinissent. Nam nisi generosa illa
& nobilis natura hominis per peccatum originis, &
horrendum lapsum Ade, cum in corporis tum anima-
mæ viribus corrupta esset, & lumen illud mentis
hebetatum: tum mira quadam acie ridentis & oculo-
rum motus illos cœlestis, Solis, Lunæ, aliorumq; sys-
terum ratos immutabilesq; cursus, tam prope Adam
esset intuitus, quam nos currum in terra, aut nauim
in mari gubernari uidemus. Et non solum cognos-
sissent tum primi illi parentes, quod Deus creasset
cœlum, terram, mare, & omnia que in eis sunt: sed
& mira quadam perspicacia intellexissent, ipsis per-
petuo esse presentem: omnibus hominibus & ani-
mantibus dare uitam & halitum: Atq; ita animi &
cordæ

corda ipsorum iucundissimis affectibus gaudij & ineffabilis loeticie inarsibent. Tum quidem tanta certitudo, tam firma πληροφορια de Deo fuisse in mensibus humanis, ut quoties Adam sub aurora orans, aut Eua manu ornans se ad proximi fontis speculum, Solem orientem uidiisset, summa cum uoluptate cogitasset: En iterum nobis sydus illud, quod quasi fulgulus candelabrum finxit pater & Deus noster. Deinde Cain & Habel paruuli, & ad hoc in cunis reptantes, aut alacriter circumvolantes potius, quoties herbam aliquam odoram, quoties V I O L A M aut R O S A M, quoties pomum generosum, botrum aut uiuas appexissent, non sine iucundissimo sensu infinite & imperscrutabilis bonitatis & sapientiae Dei cogitasent: Hae sunt dona nostri illius patris: hic succus, hic odor, sunt opera celestis dextre: huius botri uel unum pampinum ego non possem fingere. Et tum Adam & Eua coeli quadam, beata & suaz uissima conuersatione, non aliter atq; tenelli filij sub blando parente, in summa fiducia erga Deum, in summa certitudine & dulcedine cordium, illum Deum uiuum & uerum suum agnouissent conditorem, nutricatorem, parentem: & admodum perspicua cognitione intellexissent, quomodo tot magnifica & prestanta opera, tot excellentes creature, mera quotidiana miracula, mera specula essent, in quibus fulgor infinite bonitatis & potentiae Dei redditur.

CAPUT

CAPVT II.

Forma Rosarum adeò excellenter pulchra est, ut si omnes Gratiae suas ueni states conferrent: pulchritorem plantam efficere non possent. Nulla enim Venus, quantumuis **QUESTUAN**US: nulla Heleⁿa, quantumuis **NEMISTAEN**: nulla Hermioⁿe, quantumuis ab Oreste & Pyrrho adamata, tam formosa est, quam rosa, manè ubi exoritur. Neque ferè scio, an ullus pictor, istam eximiam pulchritudinem, Salomonis maiestatem exsuperantem, suo penicillo possit imitari.

De pictoribus mira & iucunda narrantur. Zeufis puerum pinxit, uias ferentem, ad quas aduolarunt viue aues. Parrhasius linteum: ita veritate representata, ut Zeufis flagitaret, remoto lineo, ostendi sibi picturam. Aristides Thebanus affectus animi exprimere potuit. Nam infantem pinxit, ad matris ex uulnere morientis mammam adspicentem: Matrem uero sic representauit, quasi sentiret & timeret, ne emortuo lacte, sanguinem infans lamberet. Apelles, cui perpetua consuetudo fuit, nunquam tam occupatum diem agendi, quin lineam ducendo exercebat artem, tenuissimam lineam, quam Protogenes seuerat, tercio colore secuit, nullum relinquens amplius subtilitati locum. Sed nemo horum, quod ego sciam, rosam sic expressit, ut uera rosa putaretur.

B

Est aue

Est autem forma roscarum, primum non abs-
milia formae venustissime ac pudicissime alicuius vir-
ginis, omnium oculos in se conuertentis quacunq;
incedit. Nam sicut talis virgo pudore suffunditur,
oculosq; submittit, quoties in amantissimu sponsi sui
conspicuum venit, aut in illius thalamum deducitur:
Ita quoq; nimium rosa plena pudoris, ut Columella
cit, pulchra verecundo suffundit ora rubore, quo
tis se conspiciendam amatoribus suis, adolescentibus
nimirum φιλοσόφοις, exhibet.

Optandum uero est, talem pudorem in omni-
nium, non solum matronarum & puellarum: verum
etiam iuuenum & adolescentium animis virescere,
atq; è uultu, tanquam rosam aliquam, elucere. Ni-
bil est enim, quod omnem etatem, in primis autem iu-
uenilem adeo deceat, quam honestus pudor. Nam
etsi hic per se virtus non est: est tamen pricipuum
firmamentum virtutis, & ornamentum hominis. Ideo
Pythias, Aristoteli filia, interrogata, qui nam color
omnium pulcherrimus sibi videretur: respondit: is-
qui in ingenuis ex pudore enascitur. Concinna uero
responsio, sapientis uiri filia, ac casta puella digna.

Plutarchus iuuenes hortabatur, ut haec tria
habere curarent: ἐπὶ μὲν τῆς γυναικός, σωφρο-
νεῖα: ἐπὶ δὲ τῆς γλωττὸς, σιγή: ἐπὶ δὲ τοῦ
τροπώπτερος, ἀσθετισμός. In animo temperantiam: in lingua
silentium: in uultu autem pudorem.

Operant

18

Operam igitur dabunt honesti parentes &
preceptores, ut pudoris stirpem, in ingenuis animis
ab ipsa natura satam, omni ope souere atq; propa-
gare in liberis ac discipulis non postmittant, fructus
ex eo uberes percepturi, quemadmodum Sadoletus
pulcherrime monet.

Deinde Rosa rubicunda (nam de ea loquimur
in hoc libello) imaginem refert Filij Dei, pendentis
in cruce. Quoniam sicut preciose huius victimae
caput, redimitum horridis spinarum aculeis, aspera-
sum fuit multo cruento: Ita quoque rosea uultus, e
circumstantibus spinis elucens, plurimo sanguine
tinctus esse videtur.

Nullus Timanthes miserabilem illam Filij Dei
pendentis in cruce imaginem satis dignè exprimere
& ostendere potest, licet in ea omnem misericordia &
tristitia ideam consumat. Nam ipse inquit: Vermis
sum, non homo: Quæ verba quoties animo intueror
& expendo, lachrymas excutum mihi: & simul
me pudet teneritudinis, seu potius superbie meæ.
Denn wir können doch gar nichts leiden.

Sciant autem iuniores, Filium Dei comparare
se illi vermiculo cruento, qui in Cocco, vel Chere-
me nascitur, quem Graeci σκελεύκιον vocant. Est
autem Coccum, granum rubrum, simile asparagi
baccis, quod in frutice Cocco, quem Pausanias in
Phocicis describit: & in robore, seu ilice, iuxta

Plini

B 2

Plinius sententiam, lib. 24. cap. 4. nascitur. Hoc
granum Dioscorides nōlenop Lœqinlw, h. e. grae-
num tinctorium appellat: quia in Galatia & Arme-
nia colligitur ore a mulieribus, & reponitur ad tinc-
tendas lanas. seu, ut Plinius scribit, quia illud gra-
num celerrime in vermiculum transit, unde postea
colorem, tingendis lanis idoneum, conficiunt.

Chermes vero est semen, seu potius ourum,
quod intra terram radicibus quarundam herbarum
adnascitur, presertim autem in Italia, sub Apenino
monte, & in Polonia, circa Cracoviam urbem, ubi
& horum ouorum magnus est prouentus, & in per-
fectione summa excellentia. Poloni Chermes appelle-
lant Cleruicel, quod etiam nomen mensis est, in quo
potissimum Chermes colligitur. Hoc vero semen,
seu quicquid est, quando à radice demitur, & repos-
nitur, statim quoque in vermiculum transit. Quia
aperitur semen, & parua quedam formica alata exit,
que auolat: Si autem vermiculum illum volantem
digitis interfeceras, purpureum cruentem emittit, quo
digiti inficiuntur: Et hunc colorem uocant Cher-
mesin rot. Ne autem vermiculus ille nobilis az-
uolare possit, semina aceto inspergunt, quo velox
illa generatio extinguitur. Hec Physica sunt, sed
que multum iucunditatis habent.

Tertiò, similes sunt Rose, recentibus ac paten-
tibus vulneribus Iesu Christi, que cruci affixus a suis
carnis

33
carnificibus accepit. Nam sicut illi quinq; uulnea
ra, in primis autem illud maximè insigne, quod su-
pra cor accepit, pleno ore euoinuerunt sanguinem:
Ita quoq; rose, non sudare aut stillare, sed plenissi-
mo gurgite fundere sanguinem videntur. Hæc venie-
ant nobis in mentem, quoties rosas intuemur. Ac si
mul Filio Dei toto pectore pro salutari passione &
morte sua gratias agamus.

Postremò intuentes rosarum speciem, cogite-
mus de ineffabili sapientia potentia, & bonitate Dei:
atq; ea ipsa meditatione fidem & leticiam nostram
aliamus. Nam si Deus illud miserabile, ac vix ñue-
gōlioy gramen, tam splendide uestit: quid cogitas de
te, imagine ac filio ipsius, futurum? Præsentim uero
cum in Paradísum, cœlestem illum hortum, ex hac
Hetruria, & miseriarum ualle, transplantatus fu-
ris? Ibi tum tua gloria tam ingens erit, ut si eam
modò oculis videre posses, gaudio tibi percutendum
esset. Similes n. tunc erimus, non superbae alicui ro-
sa, neq; Eoo, neq; Soli: sed ipsi Filio Dei, quemada-
modum Spiritus apostolicus, loco non incognito testas-
tur. Imò enim uero, si uerum fateri uelimus, nos iam
tum in hac uita millescuplo pulchriores sumus quauis
rosa, siue illa Ierosolymis, siue Hierichunte nascatur.
Quoniam perfusi lotiq; sumus sanguine Iesu Christi:
ac insuper donati spiritu sancto, qui habitat in nobis
vocans, & communicatione essentie sue im-
plet corda nostra.

B 3

C A P.

CAPVT III.

Fragrat Rosa odore supra omnem modum suauitatis, ac grato. Est quidem in violis, est in lilio conuallio, est in Cantabrica, & alijs plantis, mirificus odor: sed rosa, sicut forma ex uenustate, ita quoque odore ceteras plantas facile vincit. adeo diuina bonitas in hanc stirpem omnia congesit, quae ad dignitatem & amorem conciliandum plurimum facere posse uidentur.

Est autem Odor, qui ex hac planta, ut caloris Solis, tanquam fumus aliquis exhalat, mellitus plane, propter aeriam in ea dominantem humiditatem: & tamen aliquid aromaticae grauitatis, si quis naribus impensis scrutetur, admixtum habens.

Crediderim equidem, odorem roscarum, ante diluum, centuplo suis nobiliorem. Nam si tunc unum pomum, affirmante Lutheru, multis myropolijs prestantius fuit: quid impediat, quo minus credamus, rosas tunc quoque longe prestantiores fuisse?

Confert uero Odor roscarum hominibus duo ingentia beneficia: Primum enim moderatè refrigerat cerebrum, ob nimiam agitationem spirituum (quod nobis accidit in studijs vehementioribus) uel ob nimium ardorem solis, aut febris, accensum et inflatum. Deinde per consensum suecurrit cordi, ex caloris alicuius intemperie laboranti. Experiens

400

perientia enim testatur, cordi acceptissimum esse rosarum odorem, idq; se quasi dilatare ad aduentum gratissimi illius spiritus, sicut se concha pandit oscitazione quadam ad aduentum roris cœlestis, unde postea margarite fiunt.

Consulo igitur literatis, ut non pororum mare inter festores, sicut nonnulli solent: sed potius inter amoenissimos et gratissimos odores fragrantissimorum herbarum ac florum cum dilectis suis Musis viuere uelint. Habeant semper in mensa sparsas, uel violas, uel rosas, uel lilia, uel amaracum, uel thymum, uel aliud quiddam, gratum odorem spirans, quo cerebrum ac cor reficere possint. Nam in cerebro, ut ex initijs doctrinæ Physicæ scimus, insunt spiritus, qui sua luce solis et omnium stellarum lucem superant. Cum his spiritibus in pijs nuscentur spiritus sanctus, qui eos sua luce efficit clariores. Iam cogita, si roscus odor accesserit, spiritus q; animales sua fragrantia temperauerit, quam illi odori, quamq; spiritui sancto, ut sic loquar, gratiore futuri sint? Non enim dubium est, spiritum sanctum libenter habitare in cerebro puro et odoro: quam in sordido aliquo et cerutiali mephitici pleno.

Est autem Odor rosarum (ut ad accommodacionem accedamus) elegans typus verbi diuini, spiritus sancti, et uere invocationis. Nam cum infelix cor sub aestu ire diuine laborat, nec procul abest

ad morte: nullum potest remedium presentius & effi-
cacious adhiberi, quam odor verbi diuini, quem ob-
id D. Paulus 2. Cor. 2. odorem uite appellat. Nam
simil ac fidelia corda hunc diuinum odorem persens
tiscunt, continuo incipiunt ab illo aestu liberari. Quod
ut eò plenius intelligatur, paulò uberior explicare
conabor. Tu uero adiuua me o Iesu Christe.

Nullus est mortalium, qui in hac depravatio-
ne naturae, & mentium caligine, ueras de Dei erga
nos uoluntate opiniones habeat, nisi diuinitus fuerit
illuminatus. Omnes enim cogitant, Deum natura-
κινέενθωπον quendam esse, qui nihil aliud agat,
quim quod exasperato animo mores hominum obser-
uet, & si uel parum exorbitent, statim falces expre-
diat, aut iracunda fulmina promat. Imo cogitat
mens humana, Deum à nobis nullis iniurijs lacebit-
sum, tremere tamen, & inuidere nostre fortune, atq;
de opprimendis nobis dies noctesq; cogitare. Ideoq;
Solon, in illo memorabili colloquio, ad Cræsum dis-
cebat: *πᾶν δέον φθορεγός*: Omne numen inui-
dum. Quod ueritus Camillus, Deos precatus est,
ut si cui Deorum nimia felicitas populi Romani uie-
deretur, eius inuidia suo aliquo incommodo satiare-
tur. Sic omnes de Deo iudicant, quicunq; non sunt
uerbo & spiritu illius illustrati. Sepe etiam in nos-
bis, uerè ad Deum conuersis, eiusmodi cogitationes,
existunt. Denn der leidige Teuffel wil den
fromer

101

fromen Gott auch zum Teuffel machen. Atqui
ex hac impia & destanda opinione tria ingentia
incommoda sequuntur. Primum enim priuatir Deus
amplissimo honore, quem ex agnitione immensi amo-
ris & benevolentie sue erga nos capere debebat.
Deinde prohibetur, ne ipsius nomen, quod est supra
omne nomen, quodq; nihil aliud est, quam mel &
uita in cordibus nostris, unquam dulcescere possit.
Omne enim amicum, dulce & charum: iracundum
uerò ac hostile, amarum & odiosum. Da wir
doch solten aus diesem einigen wortlin (Gott/
das ist/ gütiger Schepffer vnd Vater) allen
trost haben/ vnd vns derselbigen hertzlich er-
frewen. Tertio, Generat in nobis talis imaginatio
perpetua curas & dolores: nec sinit nos, uel ad se-
mihore spacium, toto pectore securos ac letos esse.
Da wir doch billich solten/ ohne auß hören/
für Gott vnserm lieben Vatter/ in kindlicher
Zuversicht/ mit allen freuden/ onejenige sorge
vnser schwäche/ spielen vnd tanzen/ im zu-
lob vnd ehren/ vns aber zu wolgefallen. Hoc
enim faciunt reliquæ creature omnes. Et sanè in mis-
nimis pisciculis, & culicibus, plus est ferè fidei, ani-
mi, gaudij ac lusus, quam in nobis miseris & melan-
cholicis hominibus: Presertim uerò cœlum minatur
ruinam, quando mens est conscia sibi alicuius delis-
ti. O da ist denn kein gnad mehr/ da iſts gar

verdorben. Ibi peccatum inundauit et exuberauit
gratiam Dei. Da wil vnd kan der Vater nicht
mehr vater sein. Da komen denn Teuffel vnd
Teuffels genossen/ vnd tragen dem armen ges-
wissen fewer vnd kolen zu. Quid autem potest
esse tali uita miseriis? Solte doch einer viel tau-
sent mahl lieber sterben/ als sub tali pauorum
ac dolorum iugo perpetuo leben. Et tamen talis
est serè omnium, etiam piorum, conditio et uita.

Sed sacra scriptura longè aliter nobis depingit
Deum, presertim autem in Filio, qui est expressa
imago ipsius. Affirmat enim eum natura φιλοσο-
φωπον esse, hoc est, talem, qui genus humanum
uero atq; ardenti amore complectatur, qui ipsi adsit
perpetuo, quiq; cum eo humanissime ac suauissime
conueretur et colloquatur. Nam φιλοσοφία
est suauitas humanitatis. Neque uero existimandum
est, ullam creaturam, siue ea angelus, siue homo sit,
Deo esse humaniorem, ut ut ipsius celsitudo magna
est, et maiestas eius terribilis nobis uidetur.

Nullus enim amicus, quantumuis sincerus,
tantopere diligit amicum: nullus pater, quantum-
uis φιλόσοφος tantopere amat filium, licet illum
in senectute genuerit, totoq; decennio non conspexea-
rit, quemadmodum apud Homerum dicitur: quan-
topere nos, electos suos, diligit et amat Deus. Cas-
rior est ipsi homo, qui in sibi, canit iuuem. Et
uere

402

uerē canit. Denn er hat vns in seinem schoss/
hertzet vnd küssset vns/ sicut mater exosculatur ve-
niam filiolam. Cumq; maximē irasci nobis vide-
tur: tunc maximē abblanditur nobis. Wer kan
doch die freundlichkeit/ vnd Leuteliebtigkeit
Gottes/ in hac infantiā, genügsam ausreden.
Declarauit autem Deus φιλάνθρωπος suam hoc
illustri τεκμηρίῳ, quod Filium misericit, sicut, Io-
han. 4. dicitur. Nam de consilio Dei patris, factus
est homo Filius, Philip. 2. Aus diesem Spiegel
lerne nu Gottes hertz erkennen/ so wirstu es
recht erkennen.

Sed non solum φιλάνθρωπος est Deus,
Tit. 3. verū etiam ἡπιός οὐ φιλόσοφος, το-
λυτταρχυτός, οὐ τολνέλετός. Quoniam
absq; ulla morositate accommodat se ad imbecillitas
tem nostram: Et non tantum fert eam animo leni,
verū etiam uehementer de ea dolet, presertim au-
tem, quando nos de ea dolere, aut in alijs miserijs
uersari confspicit. Da wil jm sein veterlichs
hertz in tausent stückē zerspringen. Tunc
clamat pre dolore, παλαιγγιζουσα. Mein
hertz thut mir im leibe wehe: non possum misera-
rias uestras animo meo diutius sustinere, oder ich
mus sterben.

Harent quidem in nobis adhuc multæ ac tetra-
peccatorum fordes: sed propter eas non desinit esse

φιλάνθρωπος

φιλάξνθρωπος Deus, neq; sinit animum suum à nobis ab alienari, neq; abiicit nos: verum dissimulat illud omne, quicquid est, perinde ac si nihil uideret, aut nihil sordium in nobis reliquum esset. O stupens dam Dei bonitatem. Huc pertinet aurum illud, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἐξ Ιωάννου dictum, quod extat apud Esaiam, cap. 1.

וְלֹא־לִמְרָאָה עַנוּ וְשִׁפּוֹת
וְלֹא־לִמְשָׁמָע אַזְנוּ יוּבִioch:

Hoc est. Non secundum visionem oculorum suorum iudicabit: neq; secundum auditum aurum arguet. Er wird nicht richten/ nach dem seine augen sehen/ Noch straffen/ nachdem seine ohren hören. Quid quo se conficit Deus clarissimis oculis suis, in nobis? Dicam tibi: ἀσέλεια, ἀφλαθεία,
αργυροβούληα, ἀπιστία, ἀχρεοτία, φυλωτία,
πλεονεξία, ἀσκησία, ἀκράτεια, πορνεία,
καλεία, καταλαλία, et his similes fructus.
Et tamen secundum uisionem oculorum suorum non iudicabit. Ist das nicht ein wunder ding.

Quos autem rumores audit de nobis ex Diabolico, calumniatore & accusatore nostro? paucos quippe bonos. Et tamen secundum auditum aurum suarum non arguet nos, Sed arguet pauperes, seu afflictos, cum clementia & equitate. h. e. remittet peccata

103

peccata agentibus poenitentiam, & poenas uel prorsus auferet, uel ita mitigabit, ut possint suffferre. Es sol nur ein kleines rütlín sein/ ut ut nobis grauis multa videatur. **Vater** ..

Immensa est hæc consolatio, & omnibus recognitis totius mundi longè anteponenda. Sed quotus quisq; nostrum est, qui ea ita afficiatur, ut merito affecti debebat? Multi per ingentem stoliditatem contemnunt & repellunt Euangelicas consolationes, tanquam rem vilem ac vulgarem: Et interea pluris faciunt suas quisquilias, iniuste partas, quam omnem gratiam Dei. Quoniam isti moriones non intelligunt, quanto suauior res sit, perfui gratia Dei, quam numerare crassos Taleros. Multi audium illas quidem, sed non aliter, quam canoram aliquam fabellam: accum diu auscultarunt, incipiunt secum disputatione, in quem finem dicantur? Et, an non melius ejet, tacere, quam per eiusemodi consolationes disolutæ multitudini frenos laxare? Cæteri pessimè abutuntur hac doctrina ad stabiliendam uitæ sue præ uitatem, & cumulanda sceleræ. Aber dis mus man alles geschehen lassen. Neq; uero propter eiusmodi porcos Euangelij doctrina conticescere debet. Die liebe Sonne mus gleich wol leuchten/ ob schon der bösen buben viele sind.

Quid, quod eadem scriptura Deum pastorem sepe vocitet? Sed cur pastorem? Quia ipse errans ouia

tes ouiculas ex errore reuocat, & efficit, ut ueram
pœnitentiam agere possint. Anteuenit enim eas sua
gratia, ac donat ipsis Spiritum sanctum, qui ueram
agnitionem peccatorum in mentibus, ueram autem
& non simulatam contritionem in cordibus ipsarum
accendat. Nam ubiuncq; est agnitus peccatorum &
pœnitudo aliqua, ibi est gratia Dei, per Spiritum
sanctum: nisi quod Diabolus, simia Dei, contritionis
scintillam, vel modicum ignem, in immensum incen-
dium, suo afflatu mutare, ac hominem in perpetuis
doloribus detinere conetur.

Deinde idem pastor, pœnitentiam agentes, oce-
culo uere fidei vinculo, tanquam catena aurea, ad
se trahit, ut uenientes delictu ueniam petant. Nemo
enim pollutus & perterritus ad Deum accedere aus-
det, nisi catnula aurea, cuius mentionem facit Chris-
tus, Ioannis sexto, a patre coelesti trahatur. Quod
quidem illustrissimum est ingentis amoris, bonitatis,
ac gratiae Dei erga nos argumentum.

Venientes uero humanissime excipit, ipsorum
uoces & querelas sereno uultu audit, pectora ipso-
rum uocatores, cuius uox nō uox uixiois λό-
γοis demulcit: atq; tandem petitioni ipsorum satis-
ficit. Nam & remittat peccata, sicut petunt: &
insuper donat eis spiritum sanctum, qui ipsorum
corda de sua gratia ita confirmet, ut de ea amplius
dubitare non possint.

Hcc

404

Hæc & similia testimonia, de bonitate Del,
que sunt ueluti cœlestes rose, si quis subinde odore
tur, hoc est, per ueram fidem sibi applicet: illius cor,
quantumvis ægrum, ab omni paucorum & dolorum
estu sensim liberari incipiet, donec superato morbo,
integre sanitati restituatur. si modo integra sanitas
animæ, in hac uita spectari potest. De spiritu sancto,
qui est gratissimus ac saluberrimus odor, exhalans
& procedens à cœlesti rosa, Patre nimirum & Fi-
lio, parcam hoc loco dicere, cum ea, que à me posa-
sunt in medium offerri, sunt in promptu.

Sed de uera iuocatione, quæ & ipsa quoq;
est odor bona fragrantie placens Deo, unum locum,
è Morlini Catechesi, adiungam. Wo der Glaube/
vnd das vertrauen nicht ist/ da ist's nicht mö-
glich/ das man das Gebet hic anfange/ viel
weniger volende/ Denn der Artikel/ von der
vergebung der Sünden/ ist der grund/ vnd als-
les allein. Und wer den gefasset/ da grünct
vnd blühet das Vater unser in seinem Kindli-
chen herzen / wie eine guldene Rosen / vnd
redet herz vnd mund einerley gedancken vnd
wort.

CAPVT IIII.

Succus rosarum duplex est: alius naturalis, alia
sus uero artificialis. Naturalem colligit apie-
cularum

eularum sedulitas, atque inde mel, succum omnium dulcissimum ac saluberrimum, conficit.

Si autem scire uoles, quo pacto mel apes conſiant, expediam tibi rem paucis: tu, si non abhorres à rebus Physicis, benigne me ausculta.

Primum etenim, cum pulsam hyemem Sol aureus egit
Sub terras, cœlumq; æstiuia luce reclusit:
Ille continuo saltus, ſylvasq; peragrat,
Purpureosq; metum flores, & flumina libat.

— — — — Hinc arte recenteſ.
Excludunt ceras .b. domos ſeu cellas conſtruunt
Sexangulari forma, ne dicas apes Geometrie ignaras
eſe. O mirandam rerum naturam, ſeu potius, o
mirandum Deum, qui hæc minima animalcula artem
ſectari in operibus suis docuit. Postremò mella tenet
cia fingunt, & liquido diſtendunt nectare cellas.

Incertum autem eſt, inquit Seneca, utrum ſuca
cum ex floribus ducant, qui protinus mel fiat: an
uerò que collegerunt, in hunc ſaporem, mixtura qua
dam & proprietate ſpiritus ſui, mutent. Quibus
dam placet, non faciendi mellis ſcientiam in eſe apis
culis, ſed colligendi. Quibusdam uero, ſuccum her
barum in nouam qualitatem uerti ſpiritu & condituz
ra apum, quo ſpiritu, tanquam aliquo fermento, di
uerſa in unum coalescant. Sed hæc diſputanda ſeru
tantibus rerum nature latbras relinquo.

Edificant hoc loco adoleſcentes Iſocratis di
ctum,

405

Etum, ex oratione ad Demonicum: ὁ πνεύμας γέροντος τῶν
μίλιταρίων δέσμων ἐφ' ἀπαντήσαι μὲν τὰ βλασphemia
κατατελεῖσθαι, ἀφ' ἑκάστου δὲ τὰ χρήσιμα
λαμβάνεισθαι: στοιχεῖον οὐδὲ παιδείας ὀργεῖον
μένος, μικρὸν μὲν ἀπέργως ἔχει, πανταχό-
θει δὲ τὰ χρήσιμα συλλέγει. Quemadmodum
videmus apem omnibus quidem infidere flosculis, de
singulis autem carpere quod est bellissimum: ita eras-
ditionis comparande studiosos nihil intentatum re-
linquere, sed utilissima quæque colligere undique operas-
tet. Hoc se fecisse Lucretius affirmat, in libris de
rerum natura: ubi sic canit, lib. 3.

Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta,
Aurea, perpetua semper dignissima uita.

Sed non ab apiculis solis exemplum diligencie
capere optimarum artium studioſi debent: uer-
rum etiam à formicis, quibus tantam Plinius, lib. 11.
cap. 30. attribuit sedulitatem, ut etiam silices ipsarum
itnere atteri dicat, ne quis dubiat, qualibet
in re quid possit quantulacumq; sedulitas. Sicut au-
tem apes à floribus marcidis prorsus abstinent, ne
tempus frustra colligendo absunt: Ita adolescen-
tes, nullos sibi libros attingendos existiment, nisi quos
constat floridos esse, & succi plenos. Legant igitur
solos istos, Qui, quid sit pulchrum, quid turpe,

C

quid

quid utile, quid non, Suauidicis potius quam multis
versibus edunt.

Illud autem in apibus valde mirandum,
Quod nec concubitu indulgit, nec corpora segnes
In Venerem soluunt, aut foetus nixibus edunt.
Verum ipse e folijs natos, & suauibus herbis
Ore legunt, affirmante, pulchro & eruditio carmine;
Marone. Eas igitur iam, & dicas, Mariam virginem,
absque concubitu, & communione uiri Filium
Dei concipere non potuisse.

Fœtui nouo matres, seu ut quidam uolunt, fusi
ci, more Gallinarum incubant & excludunt. Id
quod ita exclusum est, primo vermiculus uidetur cana
didus, iacens transuersus, adhaerensq; ut pascere
uideatur. Cum formam capere coepit, Nympba uoc
atur. Tempore procedente insufflant cibos atq; in
cubant, tum maximè murmurantes, caloris, ut pu
tant, faciendi gratia, necessarij excludendis pullis:
donec rupti, membranis, quæ singulos cingunt, ouoz
rum modo uniuersum agmen emergat. Spectatum
hoc Rom.e, in consulis cuiusdam suburbano, alicui
cornu laterne translucido factis.

Est preterea consideratione digna ipsa forma
Reipub. apum. Nam regem habent, corporis ma
iestate insignem, sed aculeo carentem, quem omnes
ueluti numen quoddam uenerantur. Is, cum populus
in labore est, opera intus circuit, episcopo similis,
finulisq;

396

similisq; exhortanti, solus immunis. Circa cum sae
tellites quidam lectoresq;, assidua custodientes aucto-
ritate. Cum procedit, totum agmen circa eum con-
globatur, cingit, protegit, cerni non patitur, Festum
humeris subleuant. Validius fatigatum extoto por-
tan. (Denn so muss man die alten Könige
handhaben) ubiunq; ille confedit, ibi cunctarum
castra sunt. Rege incolumi, mens omnibus una est:
Amiso, rupere fidem, construeti q; mella
Diripuere ipse, & crates soluere faueram.

O paruas, sed admodum dulces, maximarum res-
rum imagunculas, summis regibus & infimae plebi,
in nature ridicule lusu, ad considerandum propositas.

Artificialis rosarum succus, est vel aqua stillis
titia, vel Syrupus, quem de rosis medici confiere
solent. Iucundum autem est, neq; ab homine lite-
rato alienum, scire, quo pacto Syrupi conficiantur.
Recipe rosas recentes rubras, quot volueris, Coniice
cas in vas, & super infunde aquam feruentem. Cum
autem aqua refixit, exprime rosas, & abijce. De-
inde eandem aquam feruentem supra alias rosas ita
rum profunde, & rosas simili modo exprime. Idq;
tantisper facito, donec aqua rubescat. Tum libras
tres infusionis rosarum pone in lib. 2. sacchari, uel
mellis despumati, & lento igne concoque. Cum aus-
tem Syrupus bullire coepit, tunc injice albumen
qui in aquam frigidam, & utrumq; tantisper corcute

C 2

donec

donec spumescat. Spumam postea in Syrupum bul-
lientem infunde: et cum nigrescere exigit, suauiter
eam spatula remoue, iterumque aliam spumam infun-
de, et remoue, donec Syrupus clarescat. Si vero
conseruare volueris Syrupum, funde cum in vas, uel
uirum stricti orificij, supraque destilla oleum, constrin-
geque caput, ne aer ingrediatur. Similis est ratio con-
ficiendi Syrupi violacei, sed et multa alia possunt
ex rosis confici, que cupidos uite et bone valetus
dinis non decet ignorare.

Refrigerat autem atque confortat cor et hepar Sys-
rupus rosaceus in febribus ardenteribus. Reshinguit
sitim: ac resistit venenositati pestilentiali, si quis eo
matutinis horis utatur. Quae quidem pulchram sis-
militudinem et doctrinam habent. Nam iste sucesus,
qui quomodo cuncte elicitor uel exprimitur ex rosis,
non inconcinna imago est sanguinis Iesu Christi, qui
ex ipsis latere, ceterisque vulneribus effluxit. Quo-
nam hic sanguis, veluti celestis aliquis Syrupus,
uerè refrigerat cor, quando à febre aliqua spirituali in-
festatur: si modo sapienter cordi applicatus fuerit.

Quanti sit Diaboli malitia atque versutia, cogita-
ri aliquo modo potest, enarrari non potest. Nam
seducere ac capere artificiosè nouit, non solum secu-
ros et incatos homines: verum etiam vigilans et
prudentissimos quosque. Neque enim ullus una
quam extitit mortalium tam prouidus, qui huius astuz-
tissimi

Assimi spiritus tendiculas sua sapientia euitare potuerit, uel si Argi oculos habuisset.

Vide autem mihi quid agat. Primum intentus est in omnem occasionem, quomodo latentes praeconcupiscentiae igniculos suo spiritu seu afflatu exfusos cit: quos quidem dicto citus in vehementissimum ignem conuertere potest. Accidit saper numero, ut homines uerè pijs, sobrij, casti, ab omnique occasione remoti, inter media studia & pietatis exercitia, ardenter libidinum alicrumque improborum affectuum stimulos sentiant: Et quanto se magis ihs opponant, tanto vehementius urantur. Theologi vocant eam, occultam passionem, atque etiam passionum peccatum, de quo preclarè scribit Iohannes Gerson, in libro de remedijs contra pusillanimitatem. Nosque de eo plura verba faciemus, ubi discrimina peccatorum aliquando per occasionem, persequemur.

Deinde Diabolus accensum cupidine cor suo astutu quoque uult facile impellit. Insurrat enim animo verba quidem tacita: sed admodum urentia, surge, inquit, abi, exple libidinem &c. O insignem è schola Epicuri rhetorem. Quasi verò propter tam spurcam, pudendam, & momentaneam voluptatem (quam D. Cyprianus in libello de bono pudicitie, & alijs sapientes, non voluptatem, sed mutuam contumeliam, & certissimum dolorem appellant) aliquid sit contra Dei verbum committendum, cuius te postea in

eternum paenitere possit. Quantò rectius Plautus
in Sicho: Qui potest mulieres vitare, uitet: ut
quotidie pri die caueat, ne faciat, quod pigrat postris
die. Et Lucretius admodum uerè lib. 4.

Nec Veneris fructu caret is, qui vitat amorem:
Sed potius, que sunt sine poena, comoda sunt.

Impulsum uero sua persuasione miserum ho-
minem, & precipitatum iam in peccati barathrum,
bone Deus, quomodo exercet, atq; exagitat Diabo-
lus? Ibi tum haud aliter agit cum lapso, qui in sicut
Phalangius agere solet cum misella musca, que in
ipsius casses inuolauit. Est autem Phalangius araneus
virulentissimus, & morsus maximè exitialis. qui
primum ex utero corrupto stamina deducit tenacit-
teri ac equabili filo: deinde circinato orbe subte-
gnina in dissolubili nodo, paribusq; semper intervallo-
bus annexit: postea sinum facit amplum, & instar
carbasi alicuius distenti laxum, quo preda facilius in-
uolare possit, sed ita tamē eum supra parte pre-
tendit, ut ilapsa difficulter possit reuocare pedem,
superasq; euadere ad auras. Ultimo specum fabricat,
& medio remotum, in quo latitare, & unde despicere
queat. Cum autem cognovit hostem.
Delapsum in casses, qui in primum accurrit, & arcitis
Stridentem inuoluit laqueis, & stamina circum
Cruribus assiduis glomerat, rostroq; peremptum
Perforat, & fugit fūsum per membra cruentum.

Hanc

Haud aliter peccatori fuerit Diabolus, Phælangus iste infernalis. Nam captum retibus suis horribiliter vulnerat, fixis in pectore eius aculeis virulentissimis, unde continuò febris homini oritur, plāne lethalis, cuius ardorem nulla lingua satis eloqui potest. Neq; uero crediderim, ullum tristius spectaculum excogitari posse, quam cum araneus infernalis homini insidens aculeos suos infelici eius cordi inficgt, torquens ac torquens ipsum ineffabili varietate, & crudelitate.

Erasmus Roterodamus talem recitat in Collos quibus suis fabellam: Monachus quidam fasciculos aliquot scriporum in cubiculum congefferat, sparsurus quem esset commodum. Is cum à prandio supinus dormiret, bufo ingens erexit, & os dormientis obsecedit, infixis superno atq; inferno labro quatuor pedibus. Detrahere buffonem certa mors erat, non amoveri, quiddam erat morte crudelius. Quidam suaserunt, ut Monachus ad fenestram deserretur supinus, in qua ingens araneus halebat telam. Factum est. Mox araneus, hoste confecto, filo se librat, & buffoni speculum infigit, ac filo se recipit in telam. Intumuit bufo, sed non est avulsus: Repetitur ab araneo, magis intumuit, sed vixit. Tertio ictu, adduxit pedes, ac mortuus decidit. Horrore perfundor hæc referens. Sed multò horribilius procul dubio est spectaculum, quando Diabolus aliquem obse

obsedit, ac dira spicula illius pectori subinde infigit.
Dauon miss ja einer sterben / wenn er auch
tausent helse herte / nisi protinus ipsi per cœlestem
medicinam succurratur.

Est autem contra morsum Diaboli febremq; spia
ritualem, nullum, neq; presentius, neq; efficacius an-
tidoton, quam sanguis Iesu Christi, per ueram fidem
cordi instillatus. Sicut dicitur, Heb: 9. Sanguis
Iesu Christi purgat conscientiam nostram à doloris
bus mortis. Accipe igitur exiguum guttulam san-
guinis Christi, et instilla eam per Craterem fidei in
cor tuum, ibi continuo uulnera tua, sedatis doloribus
mortis, sanabuntur. Fecerunt hoc Israëlite, cum
essent in deserto à serpentibus iicti. Atq; nos idem
facere tubet medicus et Saluator noster, Ioh. 3. pro-
mittens facientibus certam animæ salutem. Nam u-
nica guttula sanguinis Iesu Christi, millesimoplo pre-
stantior est cunctis guttis balsami, que ab origine
mundi usq; in hanc item, ex nobilissimo illo et sa-
lutifero arbusculo profluxerunt.

Est autem Balsamum, arbusculum, uni terraz-
rum Iudeæ concessum, viti simile, propter scabritatem,
proceritatem et gracilitatem: sed folia rutæ habens
perpetuò utrentia. Hoc arbusculum, sub ortu Canis,
cultro inciditur lapideo uel osse, è cuius plaga suc-
cus manat, quo quis auro preciosior, quem Opobalsas-
num Greci vocant: sed tam exiguò stillatu, ut sans
gulis ana

aal
chene
Doeg
Olvi.

gulis annis, non plures, quam seni septeniq; congi cogantur. Euerunt autem olim horti Balsami nobilissimi circa montem Engaddi. Sed regnante Herode, cui Magno cognomen fuit, Cleopatra, Agypt regina nouissima, inuidens regi istam felicitatem, hortis nobilissimis deuastatis, precessissimi liquoris stirpes erutas in Babyloniam transfulit, commuente Antonio.

Sed & hoc narrant, qui studio videndorum locorum terre sancte, longus sum peregrinatus: in monte Engaddi, & circa, hodie quoq; adhuc uites nasci, ea racemorum seu uirorum magnitudine, ut sub una ferenda vir fortis laboret. Singulos autem botros Damascenorum prunorum quantitatem habere. Et uini eam esse efficaciam, ut si in illud crustulum panis iniicias, atq; madefactum sole rursus exsiccies: exsiccatum uero pere sacculoue indas, atque in necessarium usum conserues: postea autem idem rursus in aquam frigidam coniicias, eo non modo siam extingui, uerum etiam inebriari comesto.

CAPUT V.

Nascuntur uero & felicissime proueniunt Rose inter medias spinas, haud dubie, ut ita tuiores sint aduersus insidiantum promiscuas manus: Et ut imago sint Christi, Ecclesiae, multarumq; alias

rum rerum. Omnibus sanè creaturis manifestissima prouidentia diuinæ vestigia impressa sunt: maximè autem satis & plantis. Quim quo se pulchrum prebent nobis hodie spectaculum terre fruges? Nam cum terra gremio mollico ac subacto semen sparsum acceptit, primum id occatum cohibet: deinde ut pessum etiam uapore & complexu suo diffundit, & clicit ex eo herbes & item uiriditatem, que nixa fibris stirpiam sensim adolescit, culmoq; erecta geniculata, uaginis iam quasi pubescens includitur. E quibus cum emergerit, fundit frugem spicæ ordine stramt: & contra auium minorum morsum munitur uallo aristarum.

Quid uitis, que natura caduca est, & nisi sufficiatur ad terram fertur? an non, ut se erigat, clavis uulis suis, quasi manibus, quicquid est nacta complectitur? Quam serpente m multiplici lapsu atq; erratico, ferro amputans coereat ars agricolarum, ne fuissecat farmentis, & in omnes partes nimia fundatur. Itaq; incunte uere, in ijs que relicta sunt, existit ad articulos farmentorum ea, que gemma dicitur. A qua oriens uua sese ostendit, que & succo terre & calore solis augescens primo est per acerba gustu, deinde maturata dulcescit, uestitaq; pampinis, nec modico tempore caret, & nimios solis effugit ardores. Qua quid potest esse tum fructu letius, tum aspectu pulchrius?

Sic & Rosa: Germinat omnis primo inclusa granato cortice, quo mox intumescente, & in uirides alabas

alabastros fastigato paulatim rubescens dehiscit, ac se pandit, in calcis medio sui stantis complexa luteos apices. Ne autem exposita sit omnium libidini, neve à quois temere uioletur, nimium pulchra, nimumq; chara: munuit illam Deus uallo spinarum, è quo elucens, tanquam uenusta & casta aliqua puella è cancellis suis, suauiter ludit pretereuntes, ac sereno uultu, blandaq; voce inquit: Nolite me tangere chari adolescentes, ne forte pungamini. Nam non ubiq; tutum est rosas attingere.

Hinc & meretricios amores honesti iuuenes uitare discant, quoniam acus in sinu gestant. Cum morio quidam illustri foemine rosas ex horto in palatum adserre deberet: cucurrit is è uestigio cum suo canistro in hortum, decerpturus rosas eo modo, quo cerasa decerpi solent. Sed cum eas incautius tractaret, sentit sibi digitos pungi. Ibi tum iratus, statim canistrum abiectis, atq; in palatium rediit, nihil adserens. Querente autem principe, cur sine rosis ad dominam rediret, respondit: Ey die Huren sein wö Schön/ aber sie haben nadeln im bosen. Scurris erat responsio: sed tamen uera & principi adeo grata, ut ea prouerbij loco post & sepe uteretur.

Quod ad Filium Dei attinet (ut ad grauiora veniamus) satis constat, illius benedictum caput horridarum spinarum aculeis coronatum fuisse: ut nos ipsius merito, corona iustitiae, vite ac glorie æternæ

Mor
nis /
Fatu
sick

eternae coronaremur. Ecclesiam uero, amicam
et sponsam Christi, inter medias spinas nasci, et flo-
rere, ipsa diuina uox testatur, Cant. 2. Sicut lilyum
seu rosa inter spinas: sic amica mea inter filias. h.e.
Ecclesia prouenit quidem inter spinas: sed tamen inter
medias aerumnas sua pulchritudine superat reliquas
uirgines, seu totum genus humanum. Est autem
Ecclesia parvulus adnodus coetus, per totum terrar-
um orbem sparsus, qui non solum doctrinam Euans-
geliū unice amat, audit ac dicit: verum etiam firma
fide amplectitur et retinet: atque in gratia ac benevol-
entia Dei patris summa fiducia recumbit, quiescitque
sicut parvulus in gremio matris, uel agnusculus in
gremio pastoris sui: cuius uita, pastus, ac omnis
delectatio est sola gratia Dei, qua etiam uincit ignota
tela Diaboli: diligens uicissim, atque inuocans Deum
dulcissimo affectu cordis, non ut procul existentem,
sed tanquam in penetrali cordis habitantem: Cauens
quoque, multo magis sollicitè, quia in ulla misericordia
ne peccatorum sordibus polluatur: Imo manuit
mori, quam fredi. Summa. Prestat Deo debitam
obedientiam, cum singulari animi uoluptate, quanto
quidem uniuersaque in hac ingenti imbecillitate, et
inter tot impedimenta, prestare concessum est.
Sed hic sanctus, Deoque charus coetus semper
aliquid spinarum in corde circumfert: precipue au-
tem in ea societate sanctissimi quique. Die vernissima
tigsten

144

tigsten vnd zartesten Seelen/ (inquit Lutherus,
Postill. maiore, pag. 28.) vnd gute trewhertige
Menschen / die sonst niemand gern vnrecht
theten/ vnd erbarlich leben/ haben gemeinig-
lich etwas heimlichs auff jnen / das frisst
sie tag vnd nacht / das sie nimmer gründlich
aus herten frölich werden können. Sed tu ô
mea Ecclesia, cur es adeò demens? Cur prebes no-
biliſſimum tuum cor, ſanctificatum & nobilitatum
ſanguine Iefu Christi, & Spiritu sancto pungendum
Diabolo? Cur admittis iſtas ſpinas? Cur non potius
eas ſtatiſ reuelis, & capiti ſeu cordi ſaluatoris tu-
iſfigis? Cuius quidem hec eſt ſeria voluntas, ut a-
numus tuus ab eiusmodi ſpinis liber ſit, optimaq; pace
fruatur. Nam ideo ſanguinem tuum precioſiſſimum
profudit, ut tuam animam à ſpina pungente, à ver-
miculo mordente, & ab igne vrente prorsus libera-
ret. Ipſe iam uult nos eſſe nobiles & barones in
regno ſuo, ſtadliche Junc'herrn vnd freyherren
in ſeinem Reich: nullam admittentes trifti.e ſeruit-
tatem. Degeneres animos ſicut timor, itz quoq; moe-
ror arguit. Das ſol aber ja billich von uns nicht
Gesage werden. Immer frölich vnd freidig in
Christo / vnd den Teufel auff die nasen ge-
floppſt/ wenn er mit ſeinen ſpinis, vnd alt vette-
liſchen moeroribus da her kompt. Selchſt ſie het
den Edlen Herrn/ vnd Gottes kindern viel
besser

besser an. An tu uero lapsus putas, aliquem esse in
hoc mundo te sanctiorem̄ Erras: Longus post te or-
do est, idem ferentium onus. τὸ μὲν γὰρ ἐξαμα-
τένει πᾶσιν ἔμφυτον καὶ ποιῶν: μόνον δὲ κα-
κόγνωτον δεν τος ὁ λόγος, quemadmodum ueris-
simè, ac grauijissimè, quondam dixit, Clemens Ale-
xandrinus. Imò quos tu opinaris integerrimos esse,
sepe sunt omnium corruptissimi. Ideo Lutherus in
eodem opere, pag. 272. ualde preclarè & uerè
es dñe Theologicè scribit: Ist einer from/ so sind wir
ur dñ alle from. Hat jemand sonderliche gnade/ der
Jnū 4. dancke Gott darumb / vnd rhume sich selbst
es fæ nicht. Ist jemand in sinde gefallen/ so ist es
ri fæ sein blut vnd fleisch. Und ist einer so tieff ges-
fallen / es kan ein ander der ixt stehet / noch
tieffer fallen. Darumb ist vnter vns/ so viel
vñser ist / kein unterscheid / sondern Gottes
gnade scheidet vns alleine. Quare non debemus
in hoc casu precipuam aliquam fortunam postulare,
aut communem recusare. Satisfit nobis, quod scimus
sanguinem Christi pro peccatis nostris esse effusum:
atq; in hoc sanguine, non in ulla alia iustitia, loeto
animo acquiescamus. Das ist der beste rath/ vnd
der höchste Gottes dienst.

Deinde pungitur Ecclesia ab hereticis, ex alijs
turbulentis ingenijis, que, ut sola sapere uideantur, ne-
mini quicquam concedunt, omnia arrodunt, & per-
petua

142

petra bella cum amicis ac fratribus gerunt. homines
sancti superbi, iracundi, morosi, omnisq; candoris, &
ueræ, quam iactant pietatis ac humanitatis expertis.
Quid attinet hodie in dulium vocare presentium
corporis & sanguinis Christi, omnipotens & uerax
eis in cœna? De qua neq; Apostoli ipsi, neq; ipsorum
successores, tantis retro seculis, unquam dubitaverunt.
Et tamen quotdie prodeunt noui spiritus, qui non
cessant clamare, Christi corpus & sanguinem in cœ-
na non adesse, neq; adesse posse. Etsi autem hi suum
dogma uarijs argutijs, & sophismatibus stabilire,
pingere atq; ornare conantur: tamen nos simplici ac
piscatoria fide prediti, nihil istas rationes, quas addue-
cunt, siue graves, siue acute, siue etiam circumflex-
æ sint, moramur: sed firmiter credimus, sanguinem
Iesu Christi, qui sub quavis cœna per piam recorda-
tionem, & sumptionem spiritualem præsens adesse
potest ac debet, in cœna dominica adeo præsentem
ac propè adesse, ut non solum corde, verum etiam
ore accipi & libari posset. Ac nos plures gra-
uioresq; causas habemus, cur ita credendum censea-
mus, quam Sacramuntarij, cur ita non credendum.
Sanabiles, nos infantes oramus, ut è laqueis maligni
ac seductorijs spiritus tandem resipiscere, ac Filio
Dei non amplius contra dicere uelint, propter con-
scientias multorum, quibus scuissima uulnera per
istas doctrinarum confusiones infliguntur. In dem
ist der

ist der contemptus eccl^ee albercet so gros / das
man in per exclusionem sacrosancti sanguinis nicht
darff gr^osser machen/ wollen wir anders nicht
das vnsere parentes, fratres, ac sorores gar zum
Teufel fahren sollen.

Tertio loco pungunt Ecclesiam Tyranni, &
ipsorum satellites. Est autem Tyrannorum crudelissimus, non quidem Turca, cuius tamen est ineffabilis, aeternisq; flammis punienda immanitas: sed successor Petri, si Dis placet, & triplici diademate pontifex Romanus. Quoniam hic ambiguus lupus odit, occidit, lacrat & dilaniat, per suos satellites, impios reges, Episcopos, Cardinales, Monachos inquisidores, & carnifices, florem Christiani nominis, & constantissimos confeatores, quorum o^rsa postea adorat: propter nullam aliam causam, quam quod doctrinam Euangelij, cuius ipse summus doctor esse, & per quam afflictas conscientias regere atq; consolari debebat, amplectuntur. Et tamen istam crudelitatem Pontificiam possum ferre clarissima illa Italia, Gallie & Hispanie lumina, que procul dubio intelligunt, doctrinam Euangelij esse ueram, & nullo modo commentitiam, seu, ut Papistae loquuntur, comenium Luthert. Summis laudibus uehunc ipsi Architam Tarentinum, quod per suam epistolam Placatonem eripuerit ex Dionysij tyranni manu. At cur idem ipsi non faciunt? Cur non per suas literas, orationes,

tiones, & authoritatem, liberant innocentem Christianorum sanguinem à tyrannide, & exquisitissimis supplicijs seductorum regum? cur mota cauda palmarum ipsis faciunt, quasi re bene gesta?

Postremò etiam Ecclesia à suis ipsis membris, veluti pià mater à proprijs liberis grauiissime pungatur & vulneratur. In Prophetis extant luculentissimae & dulcissimae promissiones pacis, quam Ecclesia habitura sit sub novo testamento: Esiae ii. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit. Vitulus quoq; & leunculus simul morabuntur, & puer parvulus pascat eos. Sed & vacca atque ursus simul pascentur, simulq; accubabunt nati eorum. Oblectabitur etiam infantulus super foramine aspidis, & super speluncam Cerastis manum suam ablatatus mutiet. H. E. Tempore Euangelij & regni Christi magna erit pax & tranquillitas in terris. Nemo hominum alteri nocebit. vel dicto uel facto. Homines non erunt feroce*s* lupi. Imò, qui antea erant ferociissimi tygrides, domiti verbo & spiritu Dei, erunt placidiissimi agni. Mutuam & quidem summam inter se colent atq; alem amicitiam concordiamq;. Homo homini tunc erit Deus.

Sed diuersum prob dolor hodie experimur: nostra uero culpa. Fallimus enim spem Prophetarum incredibili malitia nostra. Quoniam sub hoc Euangelij splendore homines ferina immanitate inter-

D

se myse

se mutuò graffiantur : pectora ipsorum ardent felle
ac odio viperino. Lingue eorum sunt lanceæ, &
gladij oculi. Non à leone, neq; à serpente tantum
tibi timueris, quantum prob dolor à Christiano tu
ipse Christianus, אִין־אָמֵת וְאַין־חֶסֶד h. e.
Nullum est crudelius animal in terra, quam homo
est. Homo homini vipersa. Imò homo homini Deem
mon. Extat ea de re satis tristis querela apud Pliz
nium, lib. 7. in deploratione miserie generis huma
ni, cuius hec est particula aliqua : Cetera animans
tia in suo genere probè degunt. Congregari vide
mus, & stare contra dissimilia. Leonum feritas inz
ter se non dimicat. Serpentum mortuis non petti ser
pentes. Nec maris quidem beluae & pisces, nisi in
diuersa genera seuiunt. At Hercule homini plurima
sunt ex homine mala.

CAPVT VI.

ET si autem nemo piorum in hac uita expers est
afflictionis, & unusquisq; ferè peculiarent
habet spinam, hoc est, maliciosum quendam homi
num à quo perpetuò pungatur : tamen doctorum in
Ecclesia præcipua sors est, & præcipua fortuna.
Nam hosc edit et premut, ubi cunq; potest, non so
lum sex populi, cui tamen ærumnali labore assidue
gratis inseruendo se ipsos consumunt, verum etiam
alij illustriores, qui sapere, quiq; ministerij dignita
tem ina

כָּשָׂר
תְּבָנָה
אַמְּנוּ
אַבְּגָן
אַמְּנוּ

tem intelligere, atq; omnibus modis tueri debebant.

Habet enim plerunq; fidelis & eximus minis
ster Christi, in quo singularis est pietatis ac gloris
Dei zelus, aduersarium sibi: uel Principem ipsum,
uel ex optimatibus eius unum, uel Consulem ama-
rulentum, uel senatorem superbum, ciuem sapiens-
tulum, uel etiam, quod omnium acerbissimum est,
collegam suum. Sæpe etiam à domisticis & familiis
ribus, propinquis & amicis, in quorum fide recum-
bit, ac cum quibus omnia communicat, publica pri-
uatiq;, crudelissimè exagitatur. Feruet autem male-
uolentie & maledicentie opus, si quando isti socij
probabilem aliquam conuiciandi materiam nacti fue-
rint, uel ex ambiguo aliquo facto, uel ex leui errato.
Da gehet denn der bach vber/vnd fleusst durch
alle Gassen. Sed & sepenumerò sine ulla proba-
bili causa, sola Diabolica quadam malitia & petu-
lantia, ea affinguntur sanctissimis & honestissimis
viris, que ipsis auditâ vehementem horrorem inicitur
unt, queq; tamè nunquam eis, ne quidem per som-
num & quietem, in mentem uenerunt. Id quod M.
Ciceroni ab Appio Pulchro siebat. Nam Appius
fingebat de Cicerone quaecunq; uolebat: postea, ser-
monem tribuebat alijs. Quod quidem malum latè
dominatur, & attingit ferè doctissimos quosq; qui
claritudine nominis sui totum orbem compleuerant.
Diese müssen zum höhesten angefeindet vnd
Geschmehet werden.

Oritur autem communiter hoc malum ex Inuidie fonte. Nam homini inuidio nihil est intolerabilius, quam ferre aliorum virtutem & laudem. Est ein elende plague vmb solche leute. Curas, vigilias, labores non conspicunt: doctrine autem splendore offenduntur, quemadmodum Cicero ad Lentulam scribens conqueritur, his verbis: Hic vite meae cursus offendit eos qui splendorem & speciem huius vitae intuentur: solicitudinem autem & laborem perspicere non possunt. Idcirco inuidorum pectora primum felle virent, h. e. immanni odio ardenter erga eos, quos uident non esse stipites, aut fungos: sed in quibus doctrinæ, pietatis, virtutum, existimationis, favoris, aliorumque successuum & benedictionis diuine notas deprehendunt. Deinde lingua corum est suffusa atro veneno. h. e. varijs calumnijs ac contumicijs proscindunt, & odiosos reddere nutuntur eos, quos ita immanni odio oderunt. Linguas & calamos accunt in illorum ignominiam, ne quid salui ipsis de honesta fama relinquantur.

Ouidius in descriptione Inuidiæ, omnibus nota, pallorem attribuit inuidis, & obliquos hirsquos. Pallor, inquit, in ore sedet. Et, nusquam recta acies. h. e. Inuidi & liuidi uel nube obducunt faciem, uel prorsus eam auertunt, quoties aliquem conspicunt gratia Dei florentem. Et licet aliqui versuti arte tregere internum cordis hucus: ac per serenitatem uultus, le-

195
tus, lenociniaq; blandissimorum verborum singulas
rem benevolentiam simulare possint: tamen illa si-
mulatio non est perpetua & diurna: sed lupus se-
tandem prodit victimis malitia sua, uel per toruositatem
oculorum, uel per subtilitatem risum, uel per suspic-
tio, uel per denegationem minimu ac leuisimi officij,
uel etiam per alias crudelitatis notas, quas tacite obe-
seruare, viri est prudentis.

Etsi uero ingenuæ & honestæ menti nihil gra-
uius atq; acerbius in uita accidere potest, quam su-
stinere inuidiam, odia, opprobria & persecutiones
hominum improborum, sicut dicitur, Psalmo 69.
Opprobrium fregit cor meum: tamen propterea
nemo deficiat sub hoc genere crucis, quo ferè optimus
quisq; premitur, & exercetur. Constat n. Ecclesiam
oportere subiectam esse cruci: & nihil accidere pijs
in hac uita, imò ne stipulam quidem attolli, aut floce-
cum volitare ullum, absq; singulari Dei prouidentia,
consilio, voluntate & iussu. qui quidem optimus &
sapientissimus pater, per aliorum iniuriam non solum
suorum liberorum patientiam probare, & omniaem
superbiā eis extirpare, verū etiam gloriam &
amplitudinem ipsorum illustrare egregiè nouit.

Quapropter tu mi Christophore περίσσως φέγγε,
quicquid tibi ferendum incumbit, μηδὲ ἀγνοεῖσθαι.
Nam non solus in isto gurgite versaris, comutum tibi
maxima turba est. Fac vocatus tue officia sedulò

D 2

& dis-

& diligenter : Studio, doctrina, pietate, virtute am-
tecelle : ac, vcluti generosus ille equus, ostende te im-
pudentium canum latratu nihil moueri.

Nullum est enim (quem admodum alicubi
c. olia sentius, honestius, & efficacius remedium aduersus
mūcia inuidorum malevolentium & dicacitatem, quim in-
tri s. tuore & uera inuocatione Dei diligenter & fideliter
facere suæ uocationis officia : Et omni studio, virtus
stro Eg. te & laboribus antecellere : Ac interea ostendere, se-
erdes, in ne quidem moueri ipsorum liuore, petulantia & im-
probitate, qua non tam alios, quam semetipso tan-
siple Ca dem, iusto Dei iudicio, obnubilant, obscurant atq;
sumis subuertunt. Scimus n. hanc esse Dei voluntatem, ut
z, ex K. bona que nobis attribuit, grata mente agnoscamus, et
no pag. amplectamur: Incommoda vero, certa ipsius volunta-
tis heret sapientie & iustitiae. Ita tranquilliore animo erum-
i urbe nossum hoc vite curriculum confidere poterimus.

Daniel Dulcissima autem consolatio, opponenda cas-
lamentis & alijs huius vite miserijs extat in Threnis
Gath Jeremiae, cap. 3. Es ist ein kostlich ding gedultig
ro Jahr sein/vnd auff die hülffe des Herrn hoffen-
ra de. Es ist kostlich ding einem Man / das er das
ione re. ner gedultig sey/ wen in etwas überfallet/vnd
misit. seinen mund in den staub stecke/ vnd der hoff-
nung erwarte. Vnd lasse sich auff die Backen
schlag

schlagen/vnd jm viel schmach anlegtet. Denn
der Herr verstossen nicht ewiglich/sondern er
betrübet wol / vnd erbarmet sich wider/nach
seiner grossen gütte. Das dirs wehe thut/
(inquit Lutherus) das gehet wol ihm/Denn wir
haben nicht eisern/ sondern fleischern herzen.
Über das du wilt zürnen/hie vnd dort flagen/
so vnd so dich rechen/ das ist verboten. Denn
aller zorn sol rein von vns genommen sein/ vnd
Gott allein zürnen/ sonst wird es des Teufels
Zorn/vnd gehet gewißlich nicht one siünde abe.

Quanquam autem improbe & petulantimente
nullum crimen leuius esse videatur, quam arrodere
aliorum famam, quæ multis & oculis & vita carior
est: tamen nos certò statuamus, nullum esse hac pes-
tulantia scelus atrocius, cui Deus horribilius irascas-
tur. Sic n. inquit David, Psal. 5. Odi omnes qui
operantur iniqitatem. Que uox, et si nisi tuus pœna-
onis avouixes in omnibus impenitentibus recte acci-
pi potest: tamen præcipue debet de hac iniusticie
specie intelligi, quæ violat alterius famam corpus &
fortunas, quemadmodum ex totius Psalmi contextio
facile appareat. Vnd zwar solche glaublose Cae-
sische/ vnd mördrische herten/ werden mit
irer giftigen Utter zungen ein mal gewißlich
on alle gnade vnd barmherzigkeit/ das Hellis-
che fewer festen müssen/ quemadmodum ipse Eis-
lius Dei diserte inquit, Matth. 5. Wer das thut
der ist des Hellischen fewrs schuldig. h. e. Da-

D 4

darff

Richter
Rechte
Rhein
Tantius
Deo &
perhat

darff man nicht viel disputationen / oder für Ges
richt fordern vnd klagen / noch urteil fassen/
sondern ist schon verurteilt vnd verdampft! On
allein/ das in der Teufel hinfüre/ vnd jm sein
recht thu. Das sagt Lutherus.

Hortor igitur ingenuos homines, ut pectora
sua munitant aduersus omnem liuorem. Ne inuides
ris, inquit Plinius, epist. 17. sed laudes, uel superio-
rem, uel inferiorem, uel parem. Superiorem, quia
nisi laudandus ille est, non poteris tu ipse laudari.
Inferiorem aut parem, quia pertinet ad tuam glo-
riam, quam maximum uideri, quem precedis, uel
exequas. Et in genere, quo quis est sanguinis clas-
rioris, indolisq; prestantioris, eò est remotor ab hac
peste: E contra, quo quis est prosapie obscurioris,
& animi deterioris, eò propius ad hoc uitium acce-
dit. Quod idem nobilis Plinius hac illustri & bea-
roica uoce testatur: Neq; .n. ego, inquit, ut multa,
inuideo alijs bonum, quo ipse careo: sed contra, sens-
sum quendam uoluptatis capio, si ea, que mihi denes
gantur, amicis uideo superesse. Deinde eosdem amia-
cè hortor, ut propria facientes, linguas suas coërce-
ant, ne loquuntur malum. Est quidem eximum dos-
num Dei, & egregia laus, carmen elegans & splen-
didum componere, atq; de rebus in uita necessarijs
distinctè, grauiter, perspicue & ornate scribere pos-
se: verum isto dono uelle abuti, & Archilochicas
quadam

447

quadam libertate, seu potius contumelia, aspergere &
deformare alios, praesertim autem viros honestos,
pios, doctos, sinceros, & de tota Ecclesia Dei pre-
clarè meritos, ingenij est, non quidem modesti, sed
planè Diabolico furore percit, perpetua relegatio-
ne, & extrema ignominia digna.

Greci, homines incontinentis lingue, & hugo-
γλώττας vocant, de quibus Euripides veram reci-
tat sententiam: ἔχελινῳ σομάτῳ τὸ τέλος
λύσυχια. Effrenis lingue, finis est calamitas. Et
Syracides, cap. 6. οἱ δίγλωττοι κατισταὶ ξε-
h. e. Bilinguis, seu conuictior infamiam habebit.
Noui quendam egregium virum, qui cum Poëtice
studium commendaret filio, dixisse fertur: Exerce mi-
fili stylum, scribe carmina, sed pia & honesta. Si
scirem, te petulantia quadam ingenij satyras scriptur-
rum, amputarem tibi utramq; manum.

CAPVT VII.

ET si autem Rosis mira inest pulchritudo, odor
& succus, seu ut uno uerbo dicam, mira maiestas:
stas: tamen haec ipsa maiestas, bonè Deus, quam est
ωλίνος, νὴ μυριδέσι? Sribit Ari-
stoteles, ad Hippianum, Scythie fluminum, nasci bes-
tias, ad perendinum diem nunquam uitam protrae-
bentes, que ob id εφιμεγίδες, νὴ μερόβιου, quas
si diarie, dicuntur. Talis quoque est generatio rosae.

D 5

rum.

rum. Nam mane, oriente sole, magnificè se quidem dilatant, pulchritudinem suam explicant omnibusq; aspiciendam superbè propónunt, & sibi de ea mirifice placent: Ast sub meridiem, ubi se ardor Solis paulisper intendere coepit, incipiunt illa aurea folia flacceſſere, paulatimq; in terram defluere, donec à vento diſipata omnia pedibus atterantur.. Noti ſunt ea de re Vergili versus.

Quām longa vna dies, etas tam longa roſarum,
Quas pubescentes iuncta ſenecta premit.

Quām modō naſcentem rutulus confexit Eōus,

Hanc rediens ſero vespere vidit anum.

Atqui haec roſarum umbratilis fugacitas pictura
et imago eſt plurimarum rerum, quarum hoc loco aliquas ſaltē, & quidem breuiter adumbrabo. Initio uenustè depingit gloriam humānām, de qua Eſaias concionatur, cap. 40. Omnis gloria carniſ, quā flos Roſe. Intelligit autem Propheta hoc loco, meo quidem iudicio, non illam gloriam, que hominibus ex nobilitate generis, uenustate forme, preſtantia in doliſ, doctrinae ſplendor, amplitudine opum, & potentię magnitudine prouenit: ſed potius hanc, quam iphis proprie iuſtitiae decus parit. Nam iuſtitia carniſ coram mundo adeo extrema res eſt, ut cum ea neq; Luciferi, neq; Hesperi ſplendor & pulchritudo conſerri poſſint. Primo enim creat homini, cui in eſt, ſingularem animi titillationem & uoluptatem. Deinde addit superbiam planè Luciferanam, pre ſe

contineat

118

contemnentem, non solum alios post fornacem homines, verum etiam ipsum Filium Dei, cum omni sanguine et merito suo. Tertio parit ipsi apud alios, presertim sapientiores, singularem, admirationem, amorem, laudem, gloriam, et nobilitatem, si modo constanter in ea perrexerit. Ecce, inquiunt: Deus iste similior, quam hominibus. Venite ergo, procedamus coram facie eius, et adoremus eum.

Sed haec ipsa iustitia, et, quam secum trahit, gloria, nihil aliud sunt, inquit Esaias, quam flosculus rose. b. e. sunt uana et peritura bona, quae Deus non magnificat, quaeque se in alteram vitam minime extendunt. Quoniam Deus longe aliam et perfectiorem a nobis requirit iustitiam: ipsam uideat licet iustitiam Filii sui, per ueram fidem nobis applicatam: Nisi enim hac ornatus fueris, pereundum erit tibi cum omni iustitia tua. Hinc d. Paulus, Philep. 3. nostras uirtutes uocat σκληρα, etiam ibi, ubi optime sunt, et ad summum peruerterunt. Sunt autem σκληρα, teste Charisio, quisquilia: seu ut alij uolunt, excrementa duriora, que difficulter, et non absq; clystere egeruntur. Egregia sane ambra, dacon man ja noch wel viel halten möchte.

Esaias cap. 64. macht noch besser. Scribit enim, quod omnes iustitiae, seu uirtutes nostrae, nihil aliud sint, quam בָגָר עֲרִים, pannus mensuero cruore pollutus, ac proinde tanquam abominabile ait:

bile aliquod nācēpue abiecius. Præsentim uero quando accedit superbia, & opinio cultus, ac fiducia molliter in ea cubans & acquiescens. Nam mihi homo, quæ est tua iustitia? quæ sunt uirtutes tue, de quibus tantopere gloriariis? An non ex sunt paucissime, atque simul imperfectissime? Sapiens es tu, & in consilijs dandis felix: at animus tibi decet, uirtuteque; cares bellica. Fortis es, & uirtute bellica clarius: at strenuus es potator atque; scortator. Temperans es, nouistique; tueri casti pudoris decus: at fidei non es, pectorumque; satis memor. Fidei es seruans assiduus, erubescens: at inexplicabili habendi cupiditate, monstrosaque; auaritia laboras. Rapis enim illa a te, que tibi non fuisse fas attingere, ac ne teruncium quidem rursus simplici animo confers in egenos, aut in gloriam salvatoris tui Iesu Christi. Que est igitur tua iustitia, mi Galle, ob quam cristas adeo erigis? proque; numine adorari cupis? An tu uero putas, unam hyrundinem facere uer? aut unam alteramque; uirtutem constitueri plenam iustitiam, perfectamque; nobilitatem. Erras, si istud opinaris. Nam vera nobilitas est sublimi doctrinæ celestis, pietatis, temperantiae, castitatis, iustitiae, liberalitatis, fortitudinis cogitate ac bellicae, ceterarumque; virtutum arce descendit. Mirari igitur ne queo satis, qui fiat omnium gentium, quod illi, qui neque; ullius doctrinæ elegantiores, neque; uere pietatis, neque; singularis alicuius uirtutis, aut

tis, aut preclaris facti sibi conscijs sunt: augustissimum
tamen nobilitatis nomen arrogare sibi non erubescunt.
Quasi uero nobilitas in solo festu posita sit, aut fer-
ritate morum. Sed haec querela ad illos potissimum
spectet, quibus nihil acerbius accidere potest, quam
nobilissimum suum ordinem à promiscua multitudine
turpisimis moribus deformari. Deinde Rosarum
fugacitas imago est forme ac uenustatis humanae.
Donec enim in flore est utriusq; sexus etas, speciem
habere uidetur formosissime alicuius rose: Sed paus-
lo post, cum accedunt cure, tristisq; senectus:
Intempestivii funduntur vertice cani,
Et tremit effeeto corpore laxa cutis.

*Extant in hanc sententiam sapientes & belli
versiculi apud Theocritum, Eidylio. 28. Et apud
Ouidium, lib. 2. de arte, quos equidem vellem omnibus
elatis, sed ualde ignavis frontibus, aureis literis
esse insculptas. Ouidij versus hi sunt.*

Nec semper violae, nec semper lilia florent,
Et riget amissa spina relicta rosa.
Et tibi iam venient cani formose capilli,

Iam venient rugae, quæ tibi corpus arent.

Vtere igitur, adolescens studiose, & tate dum
adhuc floret tibi temporis etas. Alaci animo,
& indefessio studio incumbe in honestas artes: sed
ita tamen, ne putas, uno haustu totum tibi sapi-
entiae pelagus exhaustendum. Disce quotidie,
si non multum, saltum aliquid: seu ut Senecæ
verbis utar, Cum multa percurreris, unum ex-
cerpe,

cerpe, quod illo die concoquas, & in naturam
tuam conuertas. Nam ut tempus adserit rosas,
ita quoque adserit eruditionem. Sic non eris ille
iuuenis, in quem Tibullus hosce scripsit versus:
Vidi ego iam iuuenem, premeret cum senior æ
Moerentem stultos præterisse dies.

In primis autem vide, ut non tam multiplici
doctrina instructus, quam vera pietate ornatus,
e Scholis, ad parentes tuos domum reuertar
is. Nam non tam sublimis eruditio, quam hu
miliis pietas, promissionem habet præsentis &
futuræ vitæ.

Sed & Rosarum fugacissimum decus vir
gines admonet de re longe grauiSSima, ut nimis
rum casti pudoris decus magna cura tueantur, si
volent aliquid esse, parentibusq; ac honestis a
dolescentibus placere. Nam

Vt flos in septis secretus nascitur hortis,
Ignotus pecori, nullo contusus aratro,
Quem mulcent aurae, firmat sol, educat imber,
Multi illum pueri, multæ optauere puellæ.
Idem cum tenui carptus defloruit vngui,
Nulli illum pueri, nullæ optauere puellæ:
Sic virgo dum intacta manet, tum cara suis: sed
Cum castum amisit polluto corpore florem,
Nec pueris iucunda manet, nec cara puellis.

De nobilitate generis, magnificientia opum,
amplitudine potentiae & glorie, quarum rerum
conditio in rosarum volatili fugacitate satis per
spicue depicta est, multæ extant grauiSSimæ fe
tis apud Herodotum, & alios historiarum ac
Tragoëdiarum scriptores. Verum nos contenti
erimus hoc loco, yno epigrammate, in effigiem

Iohann

120
Iohannis Friderici, ducis Saeniorum, tenentis mas
nu flosculum violæ, eleganter scripto
Hic me flos violæ dextra quem gesto caducæ,
De nostra monet & debilitate docet
Flosculus hic redolet nitidis pulcherrimus hortis,
Et tamen exiguo tempore durat odor.
Sic res humanas fragilis fortuna gubernat,
Tempore sic homines stantq; caduntq; brevi.
Ille ego qui quondam felix mea regna tenebam,
Hic ubi Saxonicos irrigat Albis agros,
Cuius erat totum celeberrima fama per orbem,
Quod regerem populos cum pietate meos:
Quicq; ego pro patria pugnans & dogmata sacra
Defendens, clarum nomen ybicq; tuli,
Nunc me captiuum tenet alter, & optima nobis
Cum sit, non yllo, causa, tuente, perit.
Erepti fasces & inanis gloria mundi,
Sed placuisse vni præfero posse Deo.
Et mea dependet nunc à te gloria Christe,
Quod pars sum regni quantulacunq; tui.
Tecq; precor dubijs addas solatia rebus;
Et mihi deserto mite leuamen ades.

Heliogabalus, qui nudus publicè tractus
est a quatuor nudis meretricibus, & qui præter
infinitas luscianarum linguas, etiam sexenta
Stritionum capita yna ecena apposuit conuic-
tus, quiq; decem millia pondo arariearum per
seruos suos collegit, ut inde estimaret quanta
Roma esset, ille insignis fatuus, oppressit in tri-
clinis versatilibus parasitos suos violis & rosis,
sic ut animum aliqui efflarint, cum ad summum
eripi non possent. Quod multis hodie quoq; usu
venit. Deni rarer viel müssen in jren Rosen/das
ist/in jrem höhesten gelück stiecken vnd sterben.

M. A.
Var.
A. o. 22

Palpon
min. -
dilexi

Ideo nemo exoptet sibi fortunam nimis splendi-
dam. Fortuna enim vitrea est: Cum maxime
splendet, frangitur.

De vita humana, re omnium fugacissima,
propter quam tamen tot stulta, sordidae ac im-
piæ curæ etiam à sapientissimis suscipiuntur,
memorabiles sunt hæ sententiae. Homer. i. l. 2.
δίκηρος φύλων γένεν, τοιαδε οὐ ἀνθρώπῳ.
.1. Non altius multo est hominum ortus, quam
foliorum. Similis sententia recitatatur i. l. φ.

Aristoph. in auibus. (σόκοιοι)

φύσιρ ἀνθρες ἀμενγότιοι φύλων γένεα προ-
Natura homines sunt imbecillis vitæ, ac folio-
rum generationi per quam similes.

Cur igitur nos fatui accersimus nobis tot
inutiles curas? Cur tam sollicitis vitam consumis-
mus annis? Cur desiderium nostrum extendi-
mus ultra præscriptos vitæ limites? Cur tanto
labore comportamus alijs opes? Cur non potius
flosculum angustæ miseræc p vitæ, nobis Dei
munere concessum, suauiter ac beatè traduci-
mus? Cur non hoc xui, quodcunq; est, pte, ho-
nesté ac hilariter viuendo iucundum nobis ipsi
reddimus, excutientes avaritæ senilem scabiem,
& alias stultas atq; noxias curas, donec in por-
tu m vitæ beatioris aliquando perueniamus? Sed

O miseras hominum mentes, o pectora cæca,
Qualibus in tenebris vitæ, quantisc periclis
Degitur hoc æui, quodcunq; est.

Hæc sunt erudite lector, que mihi, in rosario meo,
hoc anno, pxi T gōd w in mentem uenerunt.

F I N I S.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn1671019814/phys_0071](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1671019814/phys_0071)



